Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Malleus maleficarum

Institoris, Heinrich

[Speyer], nicht nach 14. Aug. 1490

Appologia auctoris in malleum maleficarum

urn:nbn:de:bsz:31-310136

Visual Library

Apologia auctoris in malleum maleficarum.

CUm inter ruentis ſeculi calamitates. quas proch dolor nō tam legimus ꝙ paſſim experimur. vetus oriens damno ſue ruine irrefragabili diſſolutus eccleſiam quam nouus oriens homo xp̄s ih̄s aſperſione ſui ſanguinis fecūdauit licet ab initio varijs hereſum contagionibus inficere non ceſſat. illo tamen precipue in tempore his conatur. quādo mūdi veſpere ad occaſum declinante ⁊ malicia hominū excreſcente. nouit in ira magna. vt Joh. in Apocal. teſtatur. ſe modicum tempus habere. Quare ⁊ inſolitam quandam hereticam prauitatem in agro dominico ſuccreſcere fecit. hereſim inquā maleficarum. a principaliori in quo viget re noſcitur ſexu. denotando. Que dum innumeris machinatur inſultibꝫ hoc tamen in ſingulis. quod cogitatu terribile. deo nimiū abominabile. ⁊ omnibꝫ xp̄ifidelibus odibile cernitur. operibꝫ expletur. Ex pacto em̄ cū inferno ⁊ federe cum morte. fetidiſſime ſeruituti. pro earū prauis explendis ſpurcitijs ſe ſubijciūt. Preterea ea q̄ in quotidianis erūnis. hominibꝫ. iumentis ⁊ terre frugibꝫ ab eis deo permittente ⁊ virtute demonū concurrēte inferūtur. Inter que mala. nos inquiſitores Jacobꝫ ſprenger. vna cū chariſſimo ab apoſtolica ſede in exterminiū tam peſtifere hereſis ſocio deputato. licet inter diuinorū eloquiorū profeſſores ſub p̄dicatorū ordine militantiū minimi. Pio tamen ac lugubri affectu penſantes quid remedij quid ve ſolaminis mortalibꝫ ipſis pro ſalutari antbidoto foret adminiſtrandum. huic operi pre cūctis alijs remedijs. pios ſubmittere humeros dignum iudicauimus cōfiſi de melliflua largitate illius. qui dat omnibus affluenter. ⁊ qui calculo ſumpto de altari. forpice tangit ⁊ mūdat labia imperfectorū. in finem optatum cūcta perducere. Uerum cū in operibus hominū nil fiat adeo vtile ⁊ licitum. cui non poſſit aliqua pernicies irrogari. Ingeniola etiā noſtra ad acumen non perueniūt veritatis. niſi lima alterius prauitatis plurimū fuerint abraſa. Ideo qui de nouitate operis nos redarguendos eſtimat. ad certamē illius confidenter accedimus. Sciat tamen hoc ipm opus nouū eſſe ſimul ⁊ antiquū. breue pariter ⁊ prolixum. antiquū certe materia ⁊ auctoritate. nouū vero partiū compilatione earūq; aggregatione breue propter plurimorū auctorū in breuem perſtrictionem. longum nihilominus propter immenſam materie multitudinem ⁊ maleficarū imperſcrutabilem maliciam. Nec hoc dicimus ceterorū auctorū ſcriptis p̄ſumptuoſe derogando noſtrumq; opus iactanter ⁊ inaniter extollendo. cum ex noſtro ingenio pauca ⁊ quaſi nulla ſint addita. Unde nō noſtrū opus. ſed illorū potius cenſetur quorū ex dictis fere ſunt ſingula cōtexta. Qua ſimul ex cauſa nec poemata condere nec ſublimes theorias cepimus extendere. ſed excerptorū more pcedendo. Ad honorem ſumme trinitatis ⁊ indiuidue vnitatis. ſuper tres partes principales. originem. progreſſum ⁊ finem. Maleficarū malleum tractatum nūcupando aggredimur. recollectionem operis ſocio. executionem vero his quibꝫ iudicium duriſſimū imminet. eo ꝙ in vindictam malorū. laudem vero bonorū conſtituti cernūtur a deo. cui omnis honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorū Amen.